



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

VII. Pœna uxoris Loth continet necessariam doctrinam de Fide, quæ in solo
Deo acquiescit nec respicit à tergo, hoc est non relabitur à pietate ad
impietatem, & bona huius vitæ, quæ reliquerat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Quomodo autem apparuerint Angeli, an ad ipsos corporibus elementaribus uel alijs. Item, Anc mederint, biberint etc. ipse Augustinus lib. 3. de Trinitate fatetur intentionis sue uires excedere.

V I.

TESTIMONIVM de pluritate personarum Divinitatis.

Pluit Iehoua, id est, Filius Dei (qui ut Iohannes dicitur, una cum Patre omnia operatur) ignis & sulphur à Iehoua, id est, aeterno Patre, qui est fons diuinitatis, sine temporis principio suam essentiam Filio, & Spiritui sancto communicans.

Haud dubie autem ingens ira Dei significatur, cum ipse filius Dei huius horrendae poena minime est.

V II.

POENA VXORIS LOTH.

Lucæ 17. inquit Christus, Mementote uxoris Loth. Qui enim querit animam suam seruare, perdet eam, & qui perdet eam, uiuificabit eam. Et igitur uxor Loth imago omnium, qui presenti ante suauitates & commoda, uerbo Dei & pia confessioni anteferunt. Ita Christus inquit Luc. 9. Quidam

admoget manum suam aratro, & respicit à tergo,
non est idoneus ad regnum Dei, hoc est, Qui semel
reliquit impietatem, ac huius uitæ uoluptates ac
commoda, & uerbum Dei fide amplexus est, postea
autem imminentibus periculis, quæ fidem comitan-
tur, poenitentia amissorum ductus, redit animo ad
prioris uitæ suauitates, Is nunquam erit hæres Re-
gni Dei.

Ita hoc loco Angelus Lotho præcipit, Ne respi-
ciat à tergo, hoc est, ne afficiatur desiderio commo-
dorum, quæ relinquit, sed in Deo acquiescat, & in
proposito iuxta mandatum Dei suscepto constanter
καὶ ἀμετασχέπτη perseueret. Qua uoce etiam no-
no de Legibus Plato utitur. τὰς τὸν κακὸν σωθ=
ίας φεύγε ἀμετασχέπτη.

Scribitur autem uxor Lothi uersa esse in statuam
Salis, hoc est, in cumulum uel ingentem lapidem, qui
ejet perpetuum punitæ incredulitatis testimonium,
ut Nume. 18. Pactum Salis uocatur perpetuum &
eternum.

VIII.

DE INCESTĀ consuetudine Lothi cum filiabus.

Diligenter discernenda sunt genera peccato-
rum. Alij scientes & uolentes seu ἐκ πρωτότοκων
& τις consulto